ἴσως δ' ἂν οὖν εἴποι τις, ποίᾳ φωνῇ, ποίᾳ ψυχῇ, τίνα τόλμαν κτησάμενος, τὰς ἱκεσίας ποιήσῃ, τὸν θεὸν προσαγορεύων πατέρα, πολλὰ σαυτῷ συνοίδας ἁμαρτάνων, καὶ οὐδενὸς, πλὴν τιμωριῶν, ἄξιος ὤν; ταύτῃ τῇ ὑποφορᾷ ἀπαντᾷ Ιωάννης κεφαλ. α. ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. καὶ ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς, Ιωάν. κ. φησὶ. ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ἡμῶν, καὶ θεόν μου, καὶ θεὸν ἡμῶν. ἔπι δὲ ψαλ. κβ. διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. καίπερ οὖν οὐκ εἰμὶ ἀναμάρτητος, ἀλλὰ πολλάκις τὰ μὲν εἰδὼς, τὰ δὲ ἀγνοῶν, εἰς θεὸν ἐξήμαρτον, ὅμως ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι εἰμὶ υἱὸς θεοῦ, καὶ ἀδελφὸς Χριστοῦ, διὰ τὴν τούτου τοῦ ἀρχιερέως ἐξαίτησιν, καὶ τούτῳ τῷ ἡγεμόνι πεπιστευκὼς πρὸς θεὸν, ὥσπερ πρὸς πατέρα φιλόστοργον, καταφεύγω, καὶ τὰς δεήσεις μου ὑπ' αὐτοῦ δεχθῆναι καὶ εἰσακουσθῆναι πέπεισμαι.

ὥσπερ δὲ ἡ τοῦ πατρὸς ἡδίστη προσαγόρευσις ἡμᾶς τῆς πίστεως τε καὶ ἐπαγγελιῶν ὑπομιμνήσκει,

οὕτως

quæ petimus, præſtare, & quidem maiore menſura, quàm à nobis petuntur, vt Epheſ. 3. dulciſsimè ſcribitur: Qui poteſt ſuper omnia facere abundantiùs, quàm nos petimus aut intelligimus.

Sed dixerit fortaſſe quiſpiam: Qua fiducia audes Deum appellare patrem, cùm tot delictorum conſcientiam circumferas, & nihil, niſi pœnas, meritus ſis? Huic obiectioni occurrit Ioannes cap. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et Chriſtus reſuſcitatus, Ioan. 20. inquit: Aſcendo ad patrem meum, & ad patrem veſtrum, ad Deum meum, & ad Deum veſtrum. Item Pſal. 22. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Quanquam igitur non ſum expers peccati, ſed Deum multoties partim ſciens, partim ignorans offendi: tamen exploratum habeo, me eſſe filium Dei, & fratrem Chriſti, propter huius Pontificis interceſsionem, & hoc duce fretus ad Deum, velut ad patrem φιλόστοργον, id eſt, amantem ſobolis, confugio, meq; ab eo recipi & exaudiri ſtatuo.

Vt autem Patris dulciſsima appellatio nos de fide & promiſsionibus admonet: ſic pro-

οὕτως ἡ ἀντωνυμία τὸ ἡμῶν, ὑπόμνημά ἐστι τῆς ἀγάπης, οὐ μόνον ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ εὐσεβέσιν ἑκάστοις ὀφειλομένης. διόπερ ἐν τῇ καθ' ἡμέραν προσευχῇ, ἐπὶ τὴν περὶ τῶν ἡμετέρων αὐτῶν δέησιν, ἐπιθῶμεν δέησιν περὶ τῆς σωτηρίας ὅλης τῆς ἐκκλησίας.

ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

ὥσπερ πρώτη ἡ ἐντολὴ δημηγορεῖ περὶ τῆς ἀληθινῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως, καὶ τῶν κινήσεων τοῦ θελήματος καὶ τῆς καρδίας, ταύτῃ τῇ γνώσει συνακολουθουσῶν· οὕτω τὸ πρῶτον τῆς προσευχῆς τῆς κυριακῆς μέρος αἰτεῖ, ἵνα ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, τουτέστι, ἡ ἄπειρος αὐτοῦ σοφία, δικαιοσύνη, χρηστότης καὶ ἐλεημοσύνη, ἀψεύστοις τεκμηρίοις δηλωθεῖσα, γνωσθῶσι καὶ ὑμνηθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ βίῳ, ἀλλὰ καὶ εἰς ἅπαντα μετὰ ταῦτα χρόνον. τούτου γὰρ ἕνεκα ἐκτίσθη τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἵνα τὸν θεὸν γινώσκῃ, καὶ ὑμνήσῃ, καὶ τῆς αἰωνίου αὐτοῦ ὁμιλίας ἀπολαύσῃ. ἀεὶ δὲ τῇ αἰτήσει τῆς δόσεως τῶν ἀγαθῶν πραγμάτων προσθεῖναι δεῖ τὴν αἴτησιν περὶ τῆς τῶν ἐναντιουμένων κακῶν ἀναιρέσεως, τοῦτον τὸν τρόπον· δέομαί σου, ὦ ἀΐδιε καὶ ζῶν θεὸς, ἀΐδιε πάτερ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάσας ματαίας δόξας, καὶ διαπορήσεις, ἐκ ψυχῶν ἡμῶν ἀναιρεῖσθαι,

ſic pronomen Noſter, commonefactio eſt dilectionis, qua non modò vniuerſam Eccleſiam, ſed & pios ſingulos complecti debemus. Quare in quotidiana precatione ad petitionem de noſtris rebus adiungamus petitionem de ſalute totius Eccleſiæ.

*Sanctificetur nomen tuum.*

Sicut primum præceptum concionatur de vera Dei agnitione, & de motibus voluntatis & cordis, hanc notitiam comitantibus: ita prima pars Orationis Dominicæ petit, vt gloria Dei, id eſt, infinita ipſius ſapientia, iuſtitia, bonitas & miſericordia, certiſsimis argumentis patefacta, agnoſcatur & celebretur à genere humano, non ſolùm in hac vita, ſed etiam in omni æternitate. Ideo enim conditum eſt genus humanum, vt Deum agnoſcat & celebret, & fruatur ipſius æterna conſuetudine. Semper autem cum petitione donationis rerum bonarum, coniungatur petitio de contrariorum malorũ deletione, hoc modo: Te oro æterne & viue Deus, æterne pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt omnes falſas opiniones & dubitationes ex noſtris mẽtib. tollas, &

ρῶσθαι, καὶ τὴν γνῶσιν καὶ προσκύνησιν τοῦ ὀνόματός σου ἐν τοῖς ἀνθρώποις διασῶσαι, ἀφανισθέντων πάντων εἰδώλων, βλασφημιῶν, αἱρέσεων, σκανδάλων, καὶ ἄλλων τοιούτων μανιῶν ἀναριθμήτων, τῶν τὸ ἁγιώτατον ὄνομά σου ἀτίμως ὑβριζόντων.

ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

Διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου σαυτῷ ἐν ἡμῖν συλλέγου αἰώνιον ἐκκλησίαν, διὰ τῆς τοῦ εὐαγγελίου λειτουργίας, καὶ τῆς τῶν μυστηρίων ἀκιβδήλου χρήσεως· κατάλυσον τὰς πύλας τοῦ ᾅδου, τὰς τὸ μικρὸν ποίμνιον, φύλακα τῆς διδαχῆς σου, ἀνατρέψαι σπουδαζούσας· ἁγίασον ἡμᾶς τῷ πνεύματι ἁγίῳ σου· φύλαξον καὶ κυβέρνα τὸ πλοιάριον, ὁ τοὺς ἀργοναύτας σου ὀχεῖ, ἐν μεγίστοις κύμασι καὶ ἀέλλαις τῶν θορυβουσῶν δυναστειῶν· ἔγειρε ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν εἰς δόξαν καὶ ζωὴν αἰώνιον.

γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

ὦ Θεὸς, ἐπειδὴ ἔδωκας ἡμῖν τὸ θέλειν, δὸς καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας· βοήθησον τοῖς τῆς ἐκκλησίας λειτουργοῖς, ἵνα τὸ εὐαγγέλιον καθαρῶς καὶ ἀκιβδήλως διδάξωσι, καὶ τὴν ἐξομολόγησιν εὐσεβέσι τε καὶ ἁγνοῖς ἤθεσι κοσμήσωσι· κρύψον ὑπὸ

τὴν

las, & agnitionem ac inuocationem nominis tui inter homines conſerues, deletis omnibus idolis, blaſphemijs, hæreſibus, ſcandalis, & alijs infinitis furoribus, qui tuum ſanctiſsimum nomen contumelia afficiunt.

*Adueniat regnum tuum.*

Semper tibi inter nos colligas æternam Eccleſiam, per miniſterium Euangelij, & Sacramentorum incorruptum vſum: Deſtrue portas inferorum, quæ puſillum gregem, cuſtodem tuæ doctrinæ, euertere conantur: Sanctifica nos Spiritu ſancto tuo, vt ſimus tua æterna hæreditas: Serua, rege ac defende nauiculam, quæ tuos argonautas vehit inter maximos fluctus & procellas tumultuantium imperiorum: Reſuſcita nos ex morte ad gloriam & vitam ſempiternam.

*Fiat voluntas tua.*

Deus cùm dederis nobis, vt velimus, da etiam vt perficiamus, vt tibi fiant aliqua grata: adiuua miniſtros Eccleſiæ, vt Euangelium purè & incorruptè ſonent, & profeſsionem pijs & caſtis moribus ornent: Protege vmbra

τὴν σκέπην τῆς χειρός σου τοὺς διδάσκοντας καὶ τοὺς μαθόντας ἐν τοῖς ναοῖς καὶ διδασκαλείοις. ἴθυνε τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τοὺς τρόπους τῶν διδασκάλων καὶ μαθητῶν· χορήγησον βουλὰς σωτηρίους τοῖς ἄρχουσιν, ἵνα μεμνημένοι τοῦ ἔργου ἑαυτοῦ, ὀρθῶς διοικῶσι τὰς κρίσεις, καὶ τὴν παιδείαν, καὶ ὑπάρχωσι τροφεῖς τῆς ἐκκλησίας· καὶ τὸ σύνολον, τοὺς οἴκους ἡμῶν, ὡς ἐνεστίους ἐκκλησίας, οὕτω κυβέρνα, ὥσθ' ὁ λόγος σου ἐνοικήσει ἐν αὐτοῖς πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ.

τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

Δὸς ἡμῖν βίον καὶ ὑγίειαν, ἵνα οἷόντ' ὦμεν τοὺς τῆς κλήσεως πόνους ὑπομεῖναι· δὸς τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα, ξενοδοχεῖα μέτρια, ἀγαθοὺς διδασκάλους, τοὺς τὴν νεότητα πιστῶς παιδεύοντας, σωτηρίους κυβερνήτας ἔν τε τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῇ πολιτείᾳ· δώρησαι εἰρήνην καλὴν τοῖς τόποις, ἐν οἷς τυγχάνομεν διατρίβοντες, καὶ καταπράϋνε τὰς τιμωρίας, ὧν μάλιστα ἄξιοί ἐσμεν.

καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν,
ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

ἐλέησον ἡμᾶς διὰ τὸν υἱόν σου, τὸν κύριον ἡμῶν

manus tuæ agmina docentium & diſcentium in templis & ſcholis: Rege ſtudia & mores doctorum & diſcipulorum: Rege conſilia Magiſtratus, vt memores ſui officij rectè adminiſtrent iudicia & diſciplinam, & ſint nutritij Eccleſiæ: Deniq; priuatas familias, tanquam domeſticas Eccleſiolas, ſic guberna, vt verbum tuum in eis habitet abundè, cum omni ſapientia.

*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

Da nobis vitam & bonam valetudinem, vt poſſimus ſuſtinere labores vocationis: da victum & amictum neceſſarium, hoſpitia mediocria, bonos præceptores, qui iuuentutem fideliter erudiant, ſalutares gubernatores in Eccleſia & Republica: concede pacem honeſtam ijs locis, in quibus verſamur, & mitiga pœnas, quas meriti ſumus.

*Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.*

Miſerere noſtri propter filium tuum Domi-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (Saale)

ου ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃν ἠθέλησας ἀνθ' ἡμῶν εἶναι μεσίτην καὶ ἱκέτην, καὶ ἄφες ἡμῖν πάντα τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν· κάμψον τὰς ψυχὰς τὰς ἡμετέρας πρὸς τὴν ἀληθινὴν μετάνοιαν, ἐν ᾗ τῇ μὲν ἐπιγνώσει τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν, καὶ τῆς σῆς ἀμίσθου συγχωρήσεως, ἀκολουθοῖ καινὴ πειθαρχία, φεύγουσα καὶ εὐλαβουμένη οὐ μόνον τὰς ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς τοῦ ἁμαρτεῖν καιροὺς καὶ ἀφορμὰς, καὶ ἀφεῖσα ἄλλοις τὰ κακὰ, ἃ μὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπάθομεν. ἐπειδὴ δὲ ἡ ἡμετέρα συγχώρησις ἀκάθαρτός τε καὶ ἀτελής ἐστι, καὶ ὡς τὰ πολλὰ τοῦ τραύματος ἰαθέντος μένει, μώλωψ, ἱκετεύομέν σε ὡς δυνάμεθα εὐσεβέστατα, ταῦτα τὰ ῥυπάσματα τῇ πλακὶ χρυσῇ, ἱλαστηρίῳ λεγομένῃ, κατακαλύψαι, καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου σου πάσας τὰς πλανομένας ἐπιθυμίας στέλλειν καὶ ἀποσβεννύναι.

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.

ἀεὶ λαμπέτω ἐν ἡμῖν τὸ εὐαγγέλιόν σου· στήριξον τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα μὴ ἐπικουρείοις μανίαις ἢ ἄλλαις μοχθηραῖς πλάναις περιπέσωσιν, ὧν ἐν τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ καὶ παραληροῦντι γήρᾳ τοῦ κόσμου, μείζων εὐπορία ἐστὶν, ἢ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις οὖσα ἐτύγχανε.

πλεῖστοί εἰσιν τῶν ἀνδρῶν εὐδοκιμωτάτων,

οὐ μό-

num noſtrum Ieſum Chriſtum, quem voluiſti pro nobis eſſe mediatorem & deprecatorem, & remitte nobis omnia peccata noſtra: Flecte mentes noſtras ad veram pœnitentiam, in qua agnitionem lapſuum noſtrorum & tuæ condonationis gratuitæ, ſequatur noua obedientia, fugiens ac reformidans non ſolùm peccata, ſed etiam omnes peccandi occaſiones, & remittens alijs peccata, quibus offenſi ſumus. Cùm autem noſtra condonatio ſit immunda & imperfecta, ac plerunque vulnere ſanato cicatrix maneat, te ardentibus gemitibus oramus, vt has ſordes tabula aurea, quæ propitiatorium vocatur, tegas, & Spiritu ſancto tuo omnes errantes cupiditates opprimas atq; extinguas.

*Et ne nos inducas in tentationem.*

Semper luceat in nobis Euangelium tuum: Confirma corda noſtra, ne ruant in furores Epicureos, aut alios fanaticos errores, quorum in hac poſtrema & delirante ſenecta mundi vberior ſeges eſt, quàm olim fuit.

Longus eſt catalogus ſummorum virorum,

οὐ μόνον ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἷς ὁ διάβολος μέγιστον ὄνειδος προσδιετρίψατο, οἳ καὶ πρότερον ἐν αὐτῷ τῷ δρόμῳ ἀπώλοντο, ἢ λιμένα ὁρᾶν ἠδυνήθησαν.

τίς γὰρ ἀγνοεῖ, ὡς σπουδαῖος ἀνὴρ ὁ Σαοὺλ ἐτύγχανεν ὤν, καὶ ὡς πολλὰς πράξεις κατωρθώσατο; ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ πρῶτος βασιλεὺς ἐν τῷ λαῷ Ιουδαϊκῷ, τὸ τελευταῖον ὡς οἷόντε πλεῖστον τοῦ δέοντος ἡμάρτηκε. προσέταξεν γὰρ ἀποσφαγιῶσαι τοὺς ἱερεῖς, τοὺς ξενίσαντας Δαβίδην τὸν φυγάδα· πρὸς δὲ τούτοις, ἀμελῶν καὶ καταφρονῶν θεοῦ, τοῦ αἰτίου πάσης τῆς σοφίας καὶ παραμυθίας, ἐπὶ γυναῖον μαγικὸν κατέφυγεν, αἰτῶν αὐτὴν βουλεύειν περὶ τοῦ πολεμῆσαι· τελευτῶν τῇ ὀργῇ καὶ ἀγανακτήσει νικηθεὶς, οἰκτίσως ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν, καὶ αἰωνίῳ ἀπωλείᾳ περιέπεσε. Τοσούτων γὰρ πλῆθος κακῶν οὐ μόνον ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθενία, ἀλλ' ὁ διάβολος αἴτιός ἐστιν, ὁ πάντα τὰ ὄργανα θεοῦ τοιούτοις ὀνείδεσι καταρυπαίνειν ζητεῖ, ὡς τὰ Ααρῶνος, Δαβίδου, Σολομῶνος, Πέτρου, καὶ ἄλλων ἀναριθμήτων παραδείγματα ἀποφαίνει.

ἐπειδὴ μὲν οὖν ἐν τοσαύτῃ ἀῤῥωστίᾳ ἡμῶν, καὶ ἐν τοιαύταις καὶ τηλικαύταις γὰρ μέγεθος τοῦ διαβόλου ἐπιβουλαῖς, τῶν διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἡμᾶς περιβαλλούσαις, οὐδενὸς ἀνδρὸς σοφία ἢ ἀρετὴ, τὸ τοῦ

ἡμοῦ θεοῦ

non ſolùm inter Ethnicos, ſed etiam in Eccleſia, qui ingentibus probris à diabolo deformati ſunt,& ante in ipſo curſu oppreſsi, quàm portum conſpicere potuerunt.

Quis enim ignorat, quantus vir fuerit Saul, & quàm magnas res geſſerit? Sed tamen hic primus rex in populo Dei quàm horribiliter ad extremùm lapſus eſt. Iuſsit interfici familias Sacerdotum, quæ Dauidi exulanti hoſpitium præbuerant: item deſerto & relicto Deo, fonte omnis conſilij & conſolationis, ad magicam mulierculam confugit, petens ab ea conſilium de ratione gerendi belli: tandem impatientia & indignatione fractus, necem ſibi miſerabiliter conſciuit, & ruit in æternum exitium. Hæc tanta mala non ſolùm ab humana infirmitate, ſed à diabolo orta & profecta ſunt, qui omnia organa Dei talibus probris deformare ſtudet, vt exempla Aaronis, Dauidis, Salomonis, Petri, & aliorum innumerabilium oſtendunt.

Cùm igitur in tanta infirmitate noſtra,& inter tot tamq; acres diaboli inſidias, quæ noctes & dies vndiq; nos circumſtant, nullius ſapientia aut virt⁹, deſtituta excubijs & cuſtodia

ἡ τοῦ θεοῦ φυλακῆς καὶ φρουρᾶς ἔρημος οὖσα, βέβαιος εἶναι δύναται, ἀλλὰ ταχέως, αὖθις δίκην, ἐκπίπτει. παντὶ θυμῷ ἱκετεύομέν σε, ὦ υἱὲ τοῦ θεοῦ ζῶντος, σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀνεγερθεὶς Εμανουὴλ, ποίησον ἡμᾶς σκεύη τοῦ ἐλέους, ἀλλ' οὐ τῆς ὀργῆς, βοήθησον τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, ὥσπερ ὑπέσχου, λέγων· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· παῦε τὸν λαφυραγωγοῦντα διάβολον, τὸν ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς πολὺ δεινότερον τὴν ἐκκλησίαν μισοῦντα, ὅτι ὁρᾷ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν οὐ μακρὰν ἀποῦσαν, ἐν ᾗ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακουργίας αὐτοῦ τοῖς ἀγγέλοις τε καὶ τοῖς ἀνθρώποις δηλωθήσεται, καὶ τὰ τῆς τιμωρίας αὐτῷ διαφερόντως αὐξηθήσεται· οἴδαμεν κύριε, ὅτι οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, οὐδ' ἀνὴρ πορεύεται καὶ κατορθώσει πορείαν αὐτοῦ. κατεύθυνον οὖν τὰ διαβήματα ἡμῶν κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ μὴ κατακυριευσάτω ἡμῶν πᾶσα ἀνομία. κατασφράγισον ἐν ἡμῖν τὴν διδαχὴν τοῦ εὐαγγελίου διὰ πνεύματος ἁγίου σου εἰς τὴν ἡδίστην ἡμέραν ἀπολυτρώσεως, ἵνα πολλοῦ ἀξίαν παρακαταθήκην σοι ἀποδοῦναι οἷοί τ' ὦμεν εὐσεβῶς καὶ ἀκιβδήλως, καὶ τυγχάνειν τοῦ στεφάνου, τοῦ προκειμένου τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομά σου.

ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0108-6

Filij Dei, perpetua eſſe poſsit, ſed celeriter tanquam floſculus decidat, toto pectore te oramus ô Fili Dei viui, crucifixe pro nobis & reſuſcitate Emanuel, fac nos vaſa miſericordiæ & non iræ: fer opem infirmitati noſtræ, ſicut promiſiſti, inquiens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Reprime graſſantem Diabolum, qui nunc maiores flammas odij acerbiſsimi aduerſus eccleſiam concipit, cum videat non procul abeſſe diem iudicij, in quo immenſa ipſius turpitudo Angelis & hominibus patefiet, & cruciatus eius horrendi augebuntur: Scimus Domine, quôd non eſt hominis via eius, neque eſt viri dirigere greſſus ſuos: Dirige igitur tu greſſus noſtros ſecundum eloquium tuum, ne dominetur nobis omnis iniquitas: Obſigna in nobis doctrinam Euangelij Spiritu ſancto tuo, vſque ad lætiſsimum diem redemptionis, vt præclarum depoſitum tibi reddere poſsimus piè & inuiolatè, & coronam conſequi, quæ repoſita eſt diligentibus nomen tuum.

*Sed libera nos à malo.*

ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ τούτων τῶν συμφορῶν τῶν δημοσίων τε καὶ ἰδίων, αἷς διὰ ἁμαρτίας ἔνοχοι τυγχάνομεν ὄντες· ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος· καταπράϋνε τὰς ποινάς, ὧν ἄξιοί ἐσμεν· τελευτῶν, ὅταν ἡμᾶς ἐκ τούτου τοῦ ἀσθενοῦς οἰκήματος εἰς τὴν αἰώνιον πατρίδα μέλλῃς ἐκκαλέσαι, ἅπτε ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὰς ἀρχὰς τῆς ζωῆς αἰωνίου. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Τοῦτο τὸ ἐπιφώνημα λέγει τὰς αἰτίας προκαταρκτικὰς ἅμα καὶ τελικάς, ἃς ἐν τῷ εὔχεσθαι θεὸν ἀναμνῆσαι ὀφείλομεν. προκαταρκτικὴ μέν ἐστιν, ἡ βασιλεία θεοῦ· τελικὴ δέ, ἡ δόξα, τουτέστιν, ἡ ἐπίγνωσις θεοῦ, καὶ ὁ ἔπαινος τοῦ ἐλέους, καὶ τῆς χρηστότητος θεοῦ.

ἐπειδήπερ σαυτὸν ἡμῖν ἀρρήτῳ ἀγαθότητι ἐδήλωσας, καὶ παρέδωκας τὸν λόγον σαυτοῦ, καὶ διὰ τοῦτον ἐν ἡμῖν οἰκεῖς, μὴ ἐάσῃς σβεσθῆναι τὸ φῶς τοῦ εὐαγγελίου σου, καὶ τὴν γνῶσιν ἅμα καὶ τὴν προσκύνησιν τοῦ ὀνόματός σου· μὴ ἐάσῃς ἀφανισθῆναι τὰ τῆς παιδείας, καὶ πάντα πληρωθῆναι τουρκικῆς ἀσεβείας καὶ ἀκαθαρσίας· εἰσάκουσον τῆς ἐκκλη-

Eripe nos ex his miſerijs publicis & priuatis, quibus propter peccatum obnoxij ſumus: libera nos à tyrannide diaboli, mitiga pœnas, quas meriti ſumus: Denique cùm voles nos ex hoc fragili domicilio euocare in æternam patriam, accende in noſtris pectoribus initia vitæ æternæ. Hæc eſt autem vita æterna, vt agnoſcant te ſolum eſſe Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

*Quia tuum eſt regnum, tua potentia, tua gloria, Amen.*

Hoc Epiphonema recitat cauſſas impulſiuas & finales, quas Deo inter precandum ſubijcere atque proponere debemus. Impulſiua eſt, regnum Dei: Finalis eſt, gloria, id eſt, notitia Dei, & laus miſericordiæ ac bonitatis Dei.

Cum te nobis immenſa bonitate patefeceris, & tradideris nobis verbum tuum, ac propter id inter nos habites, ne ſinas extingui lucem Euangelij tui, & agnitionem ac inuocationem nominis tui: ne ſinas deleri doctrinam de diſciplina, ac plena omnia fieri Turcicæ impietatis & ſpurcitiæ: Exaudias Eccle-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0111-2

σίας σου στεναγμῶν διὰ τὸν υἱὸν τὸν σόν, ὃς ἔφη· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅ,τι ἂν αἰτήσητε πατέρα ἐν ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

πολλάκις μὲν ταύτην τὴν τοῦ ψαλμοῦ φωνὴν ἀναλάβωμεν, ἣ θεὸν οὐχ ἥκιστα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, κεντρίζει· μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων, ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. βοήθησον ἡμῖν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου κύριε ῥῦσαι ὑμᾶς.

ſiæ tuæ gemitus, propter filium tuum, qui dixit, Amen Amen dico vobis, quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Sæpe hanc vocem Pſalmi repetamus, quæ acres ſtimulos, vt ita dicam, Deo adhibet: Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, &c.

# ΠΡΟΣΘΗΚΗ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΑΓΓΕΛΙΩΝ καὶ ἀπειλῶν θείων.

ΕΝ ἑκάσταις μὲν τῶν δεκαλόγου ἐντολαῖς συμφέρει πέντε ταύτας τὰς ἐρωτήσεις ἐφεξῆς ἐνθυμεῖσθαι.

α. αἵτινες ἀρεταὶ ἂν ἐξαιτῶνται.

β. τίνα τρόπον ἂν πράττοιντο.

γ. αἵτινες ἁμαρτίαι ἀπαγορεύοιντο.

δ. ὁποῖαι ἐπαγγελίαι ταῖς ἀρεταῖς προσκείμεναί εἰσι.

ε. αἱ ἀπειλαὶ τῶν τιμωριῶν, τῶν ἀναμφισβητήτως τῶν ἁμαρτίαις ἀκολουθουσῶν.

καίπερ γὰρ οὐχ ἑκάσταις ἐντολαῖς ἐν αὐτῷ τῷ δεκαλόγῳ ἐπαγγελίαι καὶ ἀπειλαὶ διαῤῥήδην προσκείμεναί εἰσιν· ὅμως τὸ κεφάλαιον ἐν ταύτῃ τῇ γνώμῃ τῇ περὶ τὴν πρώτην ἐντολὴν συνειλήφθη· Ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με· καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου. ἔτι δὲ ἐν τῷ Λευιτικῷ κεφ. ιη. ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρω-

ἄνθρω-

# APPENDIX DE PROMISSIONIBVS ET COMMINAtionibus diuinis.

IN ſingulis Decalogi præceptis prodeſt has quinque quæſtiones ordinè conſiderari.

1. Quæ virtutes flagitentur.
2. Quomodo fieri poſsint.
3. Quæ peccata prohibeantur.
4. Quæ promiſsiones virtutibus additæ ſint.
5. Comminationes pœnarum, quæ certiſſimè peccata comitantur.

Etſi autem non expreſſè ſunt additæ ſingulis præceptis promiſsiones & comminationes in ipſo Decalogo. tamen ſum̄a in hac concione addita primo præcepto compræhenſa eſt: Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Item, Leuit. 18. Qui fecerit hæc, viuet

ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. πρὸς τοὺς Ρωμ. κεφ. ι. πρὸς Γαλάτας γ. καὶ ἐν τῷ Δευτερον. κζ. Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος, ὅστις οὐκ ἐμμένει ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῦ νόμου τούτου. τούτοις τοῖς εἰρημένοις χρὴ προσθεῖναι τὰς ὑποσχέσεις τῶν ἄθλων, καὶ τὰς ἀπειλὰς τῶν τιμωριῶν περὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν ἑκάστων ἐντολῶν παραδοθησῶν, αἳ πολλαχοῦ ἐν τῇ τε παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης γραφαῖς περὶ τῶν ἄθλων τῶν καλῶν ἔργων καὶ τῶν τιμωριῶν, τῶν ἁμαρτημάτων, ἀναλαμβάνονται.

πρὸς δὲ τὸ ὀρθῶς τὰς ἐπαγγελίας γνῶναι, λυσιτελεῖ ταύτας τὰς πέντε παραινέσεις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχειν, ἃς διὰ βραχυτάτων διηγήσομαι.

πρῶτον μὲν· τοῦ θεοῦ ἀληθινοῦ ὄντος, ὁμολογεῖν χρὴ τὰς ἀπειλὰς αὐτοῦ οὐ μάταια φόβητρα εἶναι, οὐδὲ τὰς ἐπαγγελίας κενὸν εἶναι ἦχον, καὶ τούτου ἕνεκα προκειμένας, ἵνα τοὺς ἀνοήτους ὁπωσδήποτε κατέχωσι. βεβαίως οὖν πιστεύσωμεν, καίπερ πολλάκις τὰ συμβαίνοντα ἡμῖν οὐ δοκεῖ ἁρμοστῶς ἔχειν, ... πάσας τὰς θείας ἐπαγγελίας καὶ ἀπειλάς, ... ὃν ὁ θεὸς αὐτὰς παρέδωκε καὶ διηρμήνευσε, ... καὶ νῦν, ἀληθινάς, κυρίας, βεβαίας, καὶ ἀκινήτους εἶναι.

Δεύτερον δὲ· ἀκριβέστατα διαγνῶναι δεῖ τὰ τῶν

ἐπαγ-

viuet in eis, Roman. 10. Galat. 3. & Deuteron. 27. Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. His addantur promiſsiones præmiorum, & comminationes pœnarum de virtutibus & vitijs ſingulorum præceptorum traditæ, quæ paſsim in veteris & noui Teſtamenti ſcriptis de bonorum operum præmijs, & peccatorum pœnis repetuntur.

Vt autem rectè intelligantur promiſsiones, prodeſt has quinque commonefactiones in conſpectu habere, quas nunc breuiſsimè recitabo.

PRIMO: Cùm Deus ſit verax, certiſsimum eſt, comminationes ipſius non inania terricula menta eſſe, nec promiſsiones inanem ſonitum eſſe, & ideò propoſitas, vt ſtultos quoquomodo demulceant. Firmiſsimè igitur ſtatuamus, etiamſi ſæpè euentus nobis non videntur reſpondere; tamen omnes diuinas promiſsiones & comminationes in ea forma & ſententia, qua Deus eas tradidit & interpretatus eſt, veras, certas, ratas, & immotas eſſe.

SECVNDO: Accuratiſsimis limitib. diſcernēda

ἐπαγγελιῶν γένη. ἡ μὲν ἐπαγγελία ἡ τοῦ εὐαγγελίου, ἡ πᾶσι τοῖς πιστεύουσι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν ζωὴν αἰώνιον προῖκα ὑπισχνουμένη, ἀλλ᾽ οὐ δι᾽ οὐδὲν ἔργον ἢ πειθαρχίαν ἡμῶν.

αἱ νομικαὶ δὲ ἐπαγγελίαι οὐδαμῶς προῖκα ὑπισχνοῦνται τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὴν ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἄλλα ἆθλα πνευματικὰ, καὶ σωματικὰ, ἀλλ᾽ ἔχουσι προσκειμένην τὴν ὁμολογίαν τῆς τελείας πειθαρχίας, ὡς αἴτιον καὶ ἀξίαν, δι᾽ ἣν τὰ ἀγαθὰ ἐπηγγελμένα δοθῆναι δεῖ, ὡς λέγεται· Ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ἔτι γὰρ· Ποιῶ ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

τρίτον γὰρ· οὐδενὸς γὰρ τελείαν πειθαρχίαν διαπραττομένου, ἣν ὁ νόμος ἀπαιτεῖ, ζητοῦσιν αἱ ἀδημονοῦσαι τῶν συνειδήσεων, τίνα τρόπον αἱ μεγάλαι ἐπαγγελίαι τῶν ἄθλων ἑκάσταις ἀρεταῖς προσκείμεναι, ἡμῖν κυρίαι ἂν γένοιντο, καὶ πῶς τὰς τιμωρίας διαφεύγειν δυνηθῶμεν.

πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν ἀπαντᾷ ὁ Παῦλος ἐν τῇ. β. πρὸς τοὺς Κορινθ. κεφ. α. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν. τουτέστι, κυρίαι καὶ βέβαιαι, καὶ ὡς ἀληθῶς ἅμα καὶ ἀναμφισβητήτως δίδονται διὰ Χριστόν.

ſunt genera promiſsionum. Promiſsio Euangelij propria, quæ remiſsionem peccatorum, Spiritum ſanctum, & vitam æternam omnibus credentibus gratis promittit, non propter vllum noſtrum meritum vel obedientiam.

Promiſsiones verò Legales nequaquam gratis offerunt remiſsionem peccatorum & vitam æternam, & alia præmia ſpiritualia ac corporalia; ſed habent annexam conditionem perfectæ obedientiæ, tanquam cauſſam & meritum, propter quod bona promiſſa ſint exhibenda, vt dicitur: Qui fecerit hæc, viuet in illis. Item: Sum miſericors his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

TERTIO: Cùm autem nemo præſtet perfectam obedientiam, quam Lex flagitat, quærunt anxię mentes, quomodo ampliſsimæ promiſsiones præmiorum, ſingulis virtutibus additæ, nobis ratæ fiant, & quomodo pœnæ vitari poſsint.

Ad hanc quæſtionem reſpondet Paulus 2. Cor. 1. Omnes promiſsiones Dei in Chriſto ſunt etiam, & per ipſum Amen, id eſt, ratæ ac firmæ, & verè ac certò dantur ꝓpter Chriſtũ.

πρὸς τούτοις, πρὸς τὸν Ρωμ. κεφ. γ. νόμων ἱστῶμεν διὰ πίστεως.

τοῖς γὰρ τῇ πίστει ἐπὶ Χριστὸν καταφεύγουσι δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἀρχόμενον πειθαρχίας τῷ νόμῳ θεοῦ ἁρμοττούσης, ἥπερ ἄθλοις πνευματικοῖς καὶ σωματικοῖς ἐν τῷδε νῦν βίῳ, καὶ τῷ αἰωνίῳ στεφανοῦται, ὥσπερ ἐν τῇ. α. πρὸς Τιμόθ. κεφ. δ. λέγεται· ἡ εὐσέβεια ἐπαγγελίας ἔχει ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. ἔπι δὲ Ματθ. κεφ. ε. ὁ μισθὸς ἡμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

δίδοται δὲ τὰ ἆθλα, ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις ἐπιδειχθέντα, τὸν αὐτὸν, ὅνπερ Χριστὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περιγράφει τρόπον, ἐν τῷ Μάρκῳ κεφ. ι. λήψουσιν ἑκατονταπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, ἀλλὰ μετὰ διωγμῶν, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ζωὴν, τὴν ζωὴν αἰώνιον, τουτέστι, τὰ κυριώτερα ἆθλα, καὶ αἱ κυριώτεραι τιμωρίαι ἀναβληθήσονται εἰς τὴν ζωὴν αἰώνιον.

τέταρτον δέ· διαγινώσκειν δεῖ τὰς ἐπαγγελίας τὰς ἐν εὐαγγελίῳ παραδοθείσας.

πρώτη μὲν, καὶ μεγίστη, καὶ μάλιστα ἀναγκαία ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία τῆς χάριτος καὶ τῆς διαλλαγῆς, καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίου, ἢ τῶν ἀγαθῶν πνευματικῶν καὶ ἀϊδίων, ἃ μὲν θεὸς ἀναμφισβητήτως καὶ ὀνομασὶ, καὶ ἄνευ ὁμολογίας καὶ περιγραφῆς ὑπέσχετο δώσειν. αὕτη ἡ κυριωτάτη τοῦ εὐαγγελίου ἐπαγγε-

λία

Item, ad Roman. 3. Legem ſtabilimus per fidem.

Nam fide confugientibus ad Chriſtum datur Spiritus ſanctus, qui inchoat obedientiam congruentem cum Lege DEI, quæ præmijs ſpiritualibus & corporalibus in hac vita & æterna ornatur, vt 1. Tim. 4. dicitur: Pietas habet promiſsiones præſentis & futuræ vitæ. Item Matth. 5. Merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

Dantur autem præmia, in promiſsionibus oblata, eo ordine & modo, quem Chriſtus in Euangelio præſcribit, Marci 10. Recipient centuplum in hac vita, ſed cum tribulatione, & poſt hanc vitam, vitam æternam, hoc eſt, præcipua præmia & præcipuæ pœnæ differuntur in vitam æternam.

QVARTO: Diſcernendæ ſunt promiſsiones in Euangelio traditæ.

Prima, ſumma, & maximè neceſſaria eſt promiſsio Gratiæ & reconciliationis, ac vitæ æternæ, ſeu bonorum ſpiritualium & æternorum, quæ Deus certô & nominatim, & ſine vlla conditione & exceptione promiſit ſe daturum eſſe. Hæc præcipua Euangelij promiſ-

λία ἀεὶ βεβαία καὶ ἀσφαλὴς οὖσα τυγχάνει ἀνθρώπῳ πιστεύοντι, καίπερ πάντα τὰ τοῦ σώματος ἀπόλλυται. διὰ τοῦτο τῇ πίστει αὐτὴν βεβαίως ἀποδέχεσθαι δεῖ.

ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπαγγελίαι τῶν τοῦ σώματος, ἀναγκαίων πρὸς τὸ ταύτην τὴν θνητὴν ζωὴν διασῶσαι ὄντων, οἷον τῆς ζωῆς, τῆς ὑγιείας, τῆς τροφῆς, τοῦ ποτοῦ, τῆς ἀντιλήψεως· καὶ τοῦ σωθῆναι ἐκ κινδύνων, ἐκ πολέμου, ἐκ λοιμοῦ· ἔτι δὲ τῆς εὐκαρπίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ὅσα τῷ τοῦ ἄρτου ἐπιουσίου ὀνόματι περιλαμβάνεται. ταύτας γὰρ ἐπαγγελίας παρέδωκεν ὁ θεὸς διὰ τέσσαρας αἰτίας.

α. ἵνα εἰδῶμεν, θεὸν εἶναι αἴτιον ἅμα καὶ σωτῆρα τοῦδε τοῦ νῦν βίου, οὐδὲ ἀπὸ ταὐτομάτου, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ ἀκριβῆ βουλὴν, τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ διαδοθῆναι.

β. ἵνα ἡ ἐκκλησία ἐν τούτῳ τῷ βίῳ διασωθῇ.

γ. ἵνα ἡ πίστις, καὶ ἡ προσευχὴ, καὶ ἡ εὐχαριστία ἐν τῇ δεήσει, καὶ προσδοκία, καὶ χρήσει τῶν περὶ τὸ σῶμα ἀγαθῶν ἀσκηθῇ.

δ. ἵνα ἀναμνήσῃ ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐπαγγελίας τῶν ἀγαθῶν πνευματικῶν.

Πέμπτον δέ· εἰ καὶ ταῖς τῶν ἀγαθῶν σωματικῶν ἐπαγγελίαις καθολικῶς πιστεύειν δεῖ·

ſio ſemper rata & firma eſt homini credenti, etiam omnibus bonis corporalibus amiſſis. Ideoq; firmiſsima fide retinenda eſt.

Aliæ ſunt promiſsiones rerum corporalium, neceſſariarum ad huius vitæ mortalis conſeruationem, vt vitæ, bonæ valetudinis, cibi, potus, defenſionis, liberationis ex periculis, bello, peſte: item fœcunditatis agrorum, & ſimilium, quæ panis quotidiani appellatione continentur. Has promiſsiones etiam tradidit DEVS propter quatuor cauſas.

1. Vt agnoſcamus Deum autorem & conſeruatorem eſſe etiam huius vitæ corporalis, nec caſu ſpargi bona corporalia, ſed certo DEI conſilio.

2. Vt Eccleſia in hac vita conſeruetur.

3. Vt Fides, Inuocatio, Gratiarum actio in petitione, expectatione, & vſu corporalium bonorum exerceatur.

4. Vt commonefaciant nos de Chriſto & promiſsióne bonorum ſpiritualium.

QVINTO: Etſi bonorum corporalium promiſsionibus vniuerſaliter credendum

δεῖ· ἀλλ᾽ οὖν ἀεί γε τέσσαρας ταύτας παραγραφὰς προσθεῖναι προσήκει.

α. τῆς τιμωρίας τῶν ἀσεβούντων.

β. τῆς δοκιμασίας ἢ τοῦ σταυροῦ τῶν εὐσεβούντων ᾧ θεὸς βουλῇ ἀκριβεῖ τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῷ ἐνθάδε βίῳ πιέζει. αἱ δ᾽ αἰτίαι ἄλλοθι καταλέγονται.

γ. οὐ χρὴ τῷ θεῷ προορίζειν τρόπον ἢ καιρὸν, καθ᾽ ὃν τὰ ἐπηγγελμένα ἀγαθὰ παρέχειν ὀφείλοι ἄν. βούλεται γὰρ ὁ θεὸς ἡμᾶς τῷ Χριστῷ πεποιθότας ἀπ᾽ αὐτοῦ κρεμάσασθαι, καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν κινδύνων, καὶ ἄλλα ἀγαθὰ περιμένειν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐθέλει ἡμᾶς ταῖς δόξαις ταῖς ἡμετέραις κυβερνηθῆναι, ὥσπερ γράφεται· Μακάριοι οἱ ἐμμένοντες ἐν αὐτῷ. ἔτι δε· ὑπόμεινον τὸν κύριον, ἀνδρίζου καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου.

ἐκ τούτων τε καὶ ἄλλων τῶν τοιούτων λόγων ὑπερβαλλόντως σωτήριος τοῦ βίου γνώμων λαμβάνεται, ἤγουν, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα τῆς κλήσεως καθήκοντα θεόθεν προστεταγμένα, πιστῶς ἐπιτελεῖν δεῖ, καὶ εὐθύμως ἔκβαν σωτήριον προσδοκᾶν, καίπερ ὑπὸ τοῦ νοῦ ἀνθρωπίνου οὐχ οἷόν τ᾽ ἐστὶ προορᾶσθαι.

δ. οὐ χρὴ τὰ περὶ τὸ σῶμα ἐπαγγελίας λαβεῖν κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν ἄνευ τῆς κλήσεως θείας, ὥσπερ οἱ υἱοὶ τοῦ Ἐφραΐμ χωρὶς κλήσεως εἰς τὴν γῆν ἐπηγγελμένην ἐμπίπτοντες ἀπεσφάγησαν.

eſt : tamen ſemper hæ quatuor exceptiones addendæ ſunt:

1. Pœnæ impiorum.

2. Caſtigationes piorum ſeu crucis, qua Deus certo conſilio Eccleſiam in hac vita premit. Cauſſæ autem alibi recitantur.

3. Non præſcribendus eſt Deo modus & tempus, quo promiſſa bona exhibere debeat. Vult enim Deus nos fide in Chriſtum ab ipſo pendêre, & liberationem ex periculis, & alia bona expectare, non vult nos noſtris opinionibus regi, vt ſcribitur: Beati omnes qui ſperant in illo: Item, Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum.

Ex his & ſimilibus dictis maximè ſalutaris Regula vitæ extruitur, videlicet, quòd neceſſaria vocationis officia diuinitus mandata fideliter facienda ſint, & tranquillo animo expectandi euentus ſalutares, etiamſi à ratione humana proſpici non poſsint.

4. Non ſunt capiendæ promiſsiones corporales noſtris conſilijs ſine vocatione diuina: vt filij Ephraim ſine vocatione inuadentes terram promiſſam interficiebantur.

# PRO PIA ET PLACIDA EX HOC FRAGILI DOMICILIO IN COELESTEM patriam migratione, Precatio Iohannis Poſſelij.

Τοῦ θνήσκειν ὁσίως ἐν Χριστῷ παμβασιλῆος
οὐκ ἔστι μείζων ἐν χθονὶ εὐτυχίη.
ὅστις ἅπαξ ὁσίως τε καὶ εὐσεβέως θάνεν ἀνὴρ,
ἀΐδιως πέλεται ὄλβιος ἠδὲ μάκαρ.
πρὸς τεῦ ἑῦν υἱοῦ ἀγαπητοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ
εὔχομαι ἐσσυμένως, ὦ πάτερ ἀΐδιε,
πρὸς σταυροῦ Χριστοῦ τε καὶ ἑλκῶν αἱματοέσσων.
πρὸς καθαροῦ κείνου αἵματος αἰτῶ ἐγώ.
πρὸς θανάτου λυγροῦ καὶ τιμηεστάτου αὐτοῦ
λίσσομαι ἀσπερχὲς, κλῦθί μου εὐμενέως·
ἵλαθί μοι μεγάλῳ, πάτερ ἤπιε, ἵλαθ' ἀλιτρῷ.
δὸς σύ μοι ἀνδρείως εὐσεβέως τε θανεῖν.
καὶ γὰρ γινώσκω μέγας ὢν ἄδικός τε ἀλιτρός,
νημερτὲς ποινῶν ἄξιος ἀϊδίων·
ἀλλὰ σὺ ἤπιος ὢν ἅμα καὶ πρᾶος, μετάνοιαν
ἐξ ὁσίοισι βροτοῖς τάξας ἐπιχθονίοις,
οἷος ἔην Μωσῆς τε καὶ Ἀβραὰμ, ἠδὲ Ἰακὼβ,
ἠδ' Ἰσαὰκ ἄκακος, πάτρες ἀοιδότατοι·



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0126-6

# EADEM PRECATIO, LATINO CARMINE REDDITA

à

*M. Iohanne Poſſelio, Iuniore.*

*NOn homini maius poterit cõtingere donũ,*
*Quàm ſanctè in Chriſto fata ſubire Deo.*
*Qui ſua fata ſemel ſanctéq; piéq; ſubiuit,*
*Ex omni ſemper parte beatus agit.*
*Idcirco te per Chriſtum, tua gaudia, natum,*
*O æterne pater, ſupplice voce precor:*
*Per Chriſtiq; crucẽ, per vulnera ſanguinolẽta,*
*Natiq; eiuſdem membra cruenta tui,*
*Deniq; per mortẽ pro nobis quã cruce ſenſit,*
*Exaudi noſtras pro bonitate preces:*
*O miſerere mei Deus, ô miſerere dolentis,*
*Fortiter atq; piè da mihi poſſe mori.*
*Agnoſco ſiquidem ſcelerata piacula culpæ,*
*Dignus quẽ pœnæ tẽpus in omne premant.*
*Sed tu manſuetus, mitis quoq; conſtituiſti*
*Non ſanctis, reuocent qua ratione ſcelus,*
*Qualis erat Moyſes, Iacob9, Abramus, Iſaac,*
*Olim qui celebres laude fuère patres:*

Sed

ἀλλ᾽ ἀδίκῳ λῃστῇ τῷ σταυρωθέντι κακούργῳ,
Μανάσσῃ τ᾽ ἀσεβεῖ, καὶ τῷ ἀνάγνῳ ἐμοί,
καὶ τῷ ἀνάγνῳ ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ ἀθεμίστῳ,
τῷ καταφεύγοντι πρὸς φίλον υἷα τεόν,
ἵλαθί μοι μεγάλῳ, πάτερ ἤπιε, ἵλαθ᾽ ἀλιτρῷ,
δὸς σύ μοι ἀνδρείως εὐσεβέως τε θανεῖν.
εἰ σύ ποτ᾽ ἔπλασσας σὴν πρὸς τὸ λαβεῖν βασιλείαν
θνητῶν ἀνθρώπων ὠκύμορον τὸ γένος.
εἴποτε εὐμενέως εἶπας διὰ σαυτὸν ὀμόσσας,
οὐ θάνατον θνητῶν βούλομαι, ἀλλὰ βίον.
εἴ ποτ᾽ ἔφης· Καλέσαι οὐκ ἦλθον πρὸς μετάνοιαν
τοὺς ἀναμαρτήτους, ἀλλὰ βροτοὺς ἀδίκους·
εἴ τινα ἀνθρώπων ποτ᾽ ἐδέξω ἀνάξιον ὄντα,
ᾤκτειρές τε βροτὸν σχέτλιον εὐνοϊκῶς·
εἴ ποτε εὖ σύ με ποίησας βροτὸν ὄντα βέβηλον,
μέχρι οὗ ἔζωον γαίῃ ἐν εὐρυάλῳ,
ἵλαθί μοι μεγάλῳ, πάτερ ἤπιε, ἵλαθ᾽ ἀλιτρῷ,
δὸς σύ μοι ἀνδρείως εὐσεβέως τε θανεῖν.
εἵνεκα τοῦ διδαχῆς ἁγίης ἄμαχ᾽ ἱμεροέσσης,
ἣν σὺ φιλανθρώπως ἄμμιν ἔδωκας ἐΰς·
εἵνεκα τοῦ ποιεῖν σε τὸν οὐρανὸν εὐρὺν ὕπερθεν,
καὶ χθόνα εὐρεῖαν, κτίσματά τ᾽ ἄλλα καλῶς·
εἵνεκα τοῦ λύτρου πολὺ φερτάτου υἷος Ἰησοῦ,
ἠδ᾽ αὐτοῦ σταυροῦ ἔξοχα κεδνοτάτου·

Sed ligno affixo propter malefacta latroni,
Manaſſiq́; malo, tum mihi non merito,
Tū mihi non merito, et peccati mole grauato,
Qui ſolùm à nato quæro ſalutis opem:
O miſerere mei Deus, ô miſerere dolentis:
Fortiter atq; piè da mihi poſſe mori.
Si genus humanum mortalia noſtraq́; mem-
Feciſti vt caperent regna beata poli: (bra
Si quando ſanctè iuraſti per tua ſceptra,
Non mors, ſed cordi eſt vita ſalusq́; mihi:
Si quondam tales prompſiſti è pectore voces,
Miſſus ego haud ſanctis ſum, mage ſed re-
Si quanquā indignū iuuit tua gratia (probis:
Si tetigit miſeri te pia cura viri: (quondā,
Si quando ornaſti donis me crimine plenum,
Donec in hoc fragili corpore vita fuit:
O miſerere mei Deus, ô miſerere dolentis,
Fortiter atq; piè da mihi poſſe mori.
Per tua ſacrati prædulcia dogmata verbi,
Quæ nobis bonitas fecit habere tua:
Per cœlum terramq́; tuæ fundamina dextræ,
Per mare, ꝑ quicqd mūdus amœnus habet:
Per lytron nati precioſum & nobile Chriſti,
Per celebrem, tergo quā tulit ipſe, crucem:

εἵνεκα τοῦ Χριστοῦ ῥοδοειδέος αἵματος ἁγνοῦ.
καὶ θανάτου σεμνοῦ ἠδὲ καὶ ὠφελίμου.
εἵνεκα τῶν εὐχῶν πασῶν τῶν εὐσεβεόντων
ἀνθρώπων καθ' ὅλην γαῖαν ἀπειρεσίην,
ἵλαθί μοι μεγάλῳ, πάτερ ἤπιε, ἵλαθ' ἀλητρῷ.
δός σύ μοι ἀνδρείως εὐσεβέως τε θανεῖν.
Σοὶ μὲν ὑπισχνοῦμαι ἀποδώσειν αὖτις ἀμοιβὴν
καδδύναμιν κεδνῶς ἠδὲ καὶ ὀτραλέως.
οὐ γὰρ ἐγὼ μέλλω θνήσκειν ποτὲ, ἀλλὰ βιώσω,
χ' ὑμνήσω πρᾶξεις κάλλιμά τ' ἔργα τεά.
θαυμαστὰς εὐεργεσίας σὰς εἴτ' ἐν ὁμίλῳ
θείῳ κηρύξω σόν τ' ἔλεος τὸ μέγα.
σόν τε δέπας πικρὸν μὲν, ἀτὰρ σωτήριον, αὐτὸς
λήψομαι ἀντιβολῶν τοὔνομα σὸν γεραρόν.
ἡμετέρου μνήσθητι ἐὼν κτίστης τε πατήρ τε,
φείδεσθαι τέκνων πατρικός ἐστι νόμος.
ἵλαθί μοι μεγάλῳ, πάτερ ἤπιε, ἵλαθ' ἀλιτρῷ,
δός σύ μοι ἀνδρείως εὐσεβέως τε θανεῖν.

*Per fuſas ſancto illius de corpore guttas,*
*Per mortē, mundo quæ bona multa tulit:*
*Per pia vota, cohors quæ fundit vbiq́; piorū,*
*Fundit vbiq; ſolo, fundit vbiq; ſalo:*
*O miſerere mei Deus, ô miſerere dolentis,*
*Fortiter atq; piè da mihi poſſe mori.*
*Polliceor ſiquidem me præmia certa daturū,*
*Vt potero, in laudes officioſus ero. (grates,*
*Nam viuam, haud moriar, tali pro munere*
*Muneris autori perpetuoq́; feram.*
*Facta tua in cœtu ſemper celebrabo frequēti,*
*Et meriti famam commemorabo tui:*
*Accipiamq́; tuum calicem, licet is ſit amarus,*
*Vtilis eſt tamen, & nomen in ore feram.*
*Eſto memor noſtri noſter factorq́;, parensq́;,*
*Patria lex pueris parcere namq́; iubet.*
*O miſerere mei Deus, ô miſerere dolentis,*
*Fortiter atq; piè da mihi poſſe mori.*

FINIS.

τῷ θεῷ τῷ ἑνὶ ἅμα καὶ τρισυποστάτῳ δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ ἔπαινος, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0134-0

Jg 5777 d
(X221 2338)
Ac 787 m
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0135-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0136-1

Æ

BVS

ATÆ,

TÆ

ITA

DITA

IO-

DE

COM-

ſide-

IO.

GRÄFL. STOLBERGISCHE BIBLIOTHEK Z. WERNIGERODE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101863-p0137-7